



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 79. Actum de Calvinistis ad officium revocandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI.
A.C. 1567.

Thuan. l. c.

Præprimis Calvinistæ Monterigolum occuparunt, eoquod ab hac urbe Annona per Campaniæ, & Burgundiæ flumen copiose advehi posset: insuper Pontem Carentonii, qui Matronam annem excipit, suis armis subegerant, Melodunum vero, & Corbolicum aggredi non audebant, eoquod ambe urbes, licet exiguæ essent, valido tamen præsidio munitas scirent, atque earum primæ Crenayus, alteri vero Sourdus præesset: die tamen quinta Octobris noctu molatrinæ omnes inter Templariorum, & S. Honorati portas incendunt, postquam sancti Dionysii oppidum jam die secunda Octobris ceperant: porro eodem tempore Lanoyus Aureliam opitulantis hujus Urbis Calvinistis occupavit, adeo, ut Franciæ Regnum in uno quasi temporis momento iisdem calamitatibus, a quibus vix erepta fuerat, rursus per Calvinistas undique immersum cerneretur.

§. LXXIX.

Actum de Calvinistis ad officium revocandis.

Regina Regem eo inclinabat, ut pacem cum Calvinistis inire quæreret: illa enim verebatur, ne bello diutius protracto tota auctoritas penes Connestabilem, atque exercitus Belli

Belliduces persisteret, aut omnibus regi-
 viribus in discrimen adductis re-
 gno exitium immineret, eapropter ut-
 rinque pacis articuli proponebantur,
 moxque Regina die tertia Octobris Ho-
 spitalium Cancellarium, Morvillerium,
 & San - Sulpitium ad sancti Dionysii
 oppidum ablegabat, ut quædam con-
 cordiæ pacta rebellium Ducibus propo-
 nerent. Itaque Hospitalius post multa
 colloquia de præsentium temporum ca-
 lamitatibus ultro, citroque habita, Regi
 eam esse voluntatem coram Condæo
 Principe affirmabat, ut per universum
 Regnum pax restituatur, quam in rem
 præteritorum oblivionem ab eo pro-
 mulgandam dicebat.

§. LXXX.

*Condæi Principis postulata ad
 Regem.*

Cum Condæus Princeps minime hac
 ratione sibi, ac sociis satisfieri re-
 spondisset, Hospitalius rogavit, ut,
 si quid præterea haberet, quod a Rege
 peteret, libere exponeret; ad hæc Prin-
 ceptus Condæus tum nihil respondit, uni-
 ce asserens, quod nonnisi scriptotenus
 mentem suam declarare posset, quibus
 dictis mox abiit: altera autem die
 Princeps scriptum suum responsum de-
 dit, cujus capita hæc erant. I. Rex
 ad

Sæcul. XVI.

A.C 1567.

La Popel.

l. 12.

Thuan. l. 42.